



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

15 de in Rem verso.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

riorum peculia, nomina debitorum, hereditas, legata: si quid exactione furti seruo debetur, vel alia actione: quod dominus seruo debet, si forte in rationes eius impendit, & dominus eius debitor manere voluerit, nec in peculium voluerit coartari. Item si quid conferat ei debet, erit peculii, *l. quam Tuberonis, 7. §. fin. & l. si seruus, 18. eod. tit.* quod parsimonia sua seruus parauit, vel officio suo promeruit sibi donari, *l. peculium, 40. eod. P.* Et in summa peculii erit, non id cuius seruus seorsum a domino ratione habuerat, sed quod dominus ipse leparauerit, suam substantiam a feruui ratione discernens. Quia in arbitrio domini est, peculium totum adimere, vel augere, *l. 4. de pec.* Sic tempora in peculio inspicienda sunt, *l. eo tempore, 51. eod.* Quia peculium nascitur, creascit, decrescit, moritur, non secus ac homo. Crescit cum augmentum fuerit: decrescit, cum ferui vicarii moriuntur, resue intercedunt, moritur cum ademptum est, *l. peculium nascitur, 41. eod. tit.* §. Conceditur dominus vel pater seruo & filio: habere peculii, vel expressa voluntate, vel tacita, vt si sciens eum habere non ei admittit, *l. quam Tuberonis, 7. §. sunt quidam, eod. tit. P.* Nisi agatur de peculio cum libera administratione, quae non nisi expresse conceditur, *d. §. sunt quidam, vers. alia est causa.*

§ In personis considerandis dominorum, qui obligentur ex peculio serui, parui referunt masculi aut mulieris quis seruus fuerit, nam & impuberes dominas de peculio obligati Seruius ait: quia non contrahitur cum illis, vt tutoris auctoritate spectat, *l. 3. §. parui autem refert, de pecul. l. ap. Julia. l. 3. §. ex quibus casus in possess. ex lib. 42. P. tit. 3.* Attamen pupillis non potest vel cura tutoris auctoritate, seruo peculium constituitur, *d. §. parui.* Furtiuus quoque, seruum habentem peculium potest habere, sed non illi constituitur: quare & in curatorem eius datur actio de peculio, *d. §. parui,* & in venditorem, aut in emtorem serui, qui peculium habet electione relicta actori, in quem horum velit experiri, *l. si noxalis iudicio, 12. §. idem scribit, vers. si, nam est alius, de pecul.* Cum distinctio tamen primam Vlpiani: nam venditor serui si cum peculio seruum vendiderit, & tradiderit peculium, ne intra annum quidem de peculio conuenietur: neque enim hoc pretium serui, peculium est, vt Neratius scripsit, *l. si ex duobus, 33. §. fin. de pecul.* Sed si quis ita seruum vendiderit, vt pretium pro peculio acciperet, penes eum videtur esse peculium, ad quem peculii pretium peruenit, *fabolenus, l. sed si quis, 34. eod. non penes quem res peculiaris sit, Pompo. in l. non penes, 35. eod.* Alioquin generaliter vt morte filii familias, vel emancipatione, ita manumissio, ne, vel alienatione serui, extinguuntur ipso iure peculium, *l. in princ. & §. merito, & l. si quando de pecul. actio, annal. tit. lib. 15. P. tit. 2.* Et idcirco sequitate & remedio praetoris opus fuit, vt quia cessat perpetua in dominam & patrem actio, sit facultas agendi contra patrem emancipantem, vel dominum manumittentem, de peculio: & quandoque definit serui, vel filii esse in potestate, *d. l. 1. & toto tit. quando de pec. act. annal. tit. P. l. 1. §. ancillarum, 28. §. si seruus, de pecul. l. quoties, 48. §. fin. eod. P.* computato anno vtili, ex quo peti potuit conditio exsistente, vel si pure debitum a tempore emancipationis, vel alienationis, *d. l. 1. §. annus autem, quando act. de pec. annal. tit. Interest autem hoc obseruari, quia si agatur contra emtorem, vel contra eum in quem translatus alienatione aliqua seruus, post annum agi postea non potest contra alienantem: contra si intra annum agatur, *l. si creditor, 38. §. seruum de pecul. P. l. 1. §. in alienatione, quando act. de pecul. annal. tit. l. de peculio 10. de tribus.* *act. P.* nam potest postea experiri contra alienantem, in quantum minus consecutus est ab eo, in quem alienatio facta est, *l. quoties, 48. §. si creditor, de pecul.* Datur & haec actio de peculio, in dominum liberi hominis, bona fide ei seruientis, *l. 1. §. potestatis, de pecul. in usufructuarii serui, l. 2. eod. tit. P. l. 1. §. usufructu, quando, act. de pecul. annal. tit. in maritum pro seruo dotali, l. hinc queritur, 20. de pecul. in heredes dominorum, l. 1. §. item eius heres, quan. actio de pecul. annal. tit. l. quoties, §. 1. de pecul. P. l. item eum, 15. in interrogatorem filii familias, in l. in arrogatorem, 43. de pecul. P.* Datur autem interdum fructuario aduerlus proprietarium de peculio actio, vt puta, si apud eundem habeat peculium, apud ipsum autem, aut nihil, aut minus, quam fructuario debetur: & contra, *Vlpianus in l. hinc queritur, 20. §. fin. & l. si creditor, 38. §. fin. eod. tit.* Inter se tamen socii de peculio agere non possunt, in l. nam inter se, eod. tit. Si quis etiam crediderit seruo suo, vel seruum conferuo, alienato seruo, in emtorem non competit actio, *l. & ancillarum, 28. §. sicut autem, eod. de pecul. in P.* In summa, plures creditores concurrere possunt in actione de peculio: sed occupantis melior erit conditio, *l. non enim, 6. de tribus, actio. P.* Si plures sint domini, credi-*

toribus liberum est, vel cum singulis agere in patres, vel eum vno in solidum, *l. & ancillarum, l. 28. §. l. l. d. & §. fin. de pecul.* si tamen plures vnus iunt heredes, seorsum in solidum conueniri nequeunt, *l. quasium, l. 31. §. si cum ex parte eo.*

§ Forma ꝑ peculii in concessione consistit, vt monui, quae consideranda, nam ea cum libera administratione fuerit, *l. si liberam, 10. quod cum eo. C.* an simpliciter. Nam libera non consistit in fugitiuo seruo, neque in subrepto, neque in eo de quo viuante, an mortuo sit quis nesciat, *l. libera, 49. de pecul. in P.* §. Forma ꝑ teni in deductione facienda de peculio seruanda: nam de peculio cuius nomine obnoxius pater vel dominus est creditoribus, deducendum primum est, quod patri & domino debetur. Quia illi praeuulisse videtur, & cum seruo & filio egisse creduntur, *l. peculium, 10. in princ. & §. sine autem, de pec. l. si noxali, 12. l. ex facta, 53. §. nam est Tuii, & l. quod seruus, 57. eodem.* Ideoque si quid furati fuerint domino vel patri, deducetur, *l. 4. §. si opem, eod. de pec. & d. §. sine autem,* deducitur, & si quid iis debeatur, qui sunt in potestate patris vel domini: si in tutela vel cura domini vel patris sunt, vel quorum illi negotia administrant: dummodo illi dolo careant, & dolo non ademerint, vel non minuerint peculium, *d. l. peculium, 10. in princ. & §. praeterea,* item quod debetur heredi patris, vel domini, *d. l. peculium, 10. §. sed & creditor serui.* Sed deductiones istae ita demum ex peculio faciendae sunt, si aliunde pater, vel dominus conueniri non possint, *l. si noxali, 12. §. quod autem, de pec. & l. hinc queritur, §. 1. eod.* Atque si pater vel dominus constituerit se soluturum quod fuit in peculio, non minuetur peculium: eo quod ex ea causa obstrictus esse coeperit: & licet deteriorerit peculium, non tamen liberabitur, *l. id quod, 19. de constit. pecunia, lib. 13. P. tit. 5.* Neque enim quod creuit peculium aut decreuit, pertinet ad constitutoriam actionem, *l. nec enim, 10. eod. tit. de constit. pec. P.*

§ Finis ꝑ huius actionis est, vt creditores suum consequantur, iuxta praecipuum iuris, ius suum tribuere cuique statuens, *l. iustitia, §. iuris praecipua, de iusti. & iur. §. iuris praecipua, eodem tit. apud Iustin.* Ratio autem naturalis in dominum, vel patrem in quantum est in peculio, ne contra naturam eius, acquisitione eorum qui in potestate nostra sunt, in praediuicium & cum damno alterius locupletemur, *l. nam hoc natura, de condit. indeb. l. iura natura, de regul. iur. in P. ca. locupletari, eod. tit. in sex.* Quare ꝑ non licet domino in fraudem creditorum, facta deductione eius quod sibi debetur, per dolum vel fraudem adimere, vel minueri peculium, *§. praeterea, quod cum eo.* quamuis sine fraude possit, *l. peculium, 40. de pecul.*

De in Rem verso. Cap. 15.

Lib. 15. Tit. 3. Wesenb. et Joub. in eod.

- 1 De in Rem verso actione quando agitur.
- 2 Verum in rem alienius quando quid dicatur.
- 3 Inde in rem verso actione qua persona ueniunt, & forma, & substantia eius actionis.
- 4 Finis.
- 5 Rationes.

¶ Licet ꝑ vna sit actio, qua de peculio, deque eo quod in rem domini, vel patris verum sit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Itaque iudex apud quem de ea actione agitur, ante dispicere solet, an in rem domini verum sit: neque aliter ad peculii aestimationem transit, quam si aut nihil in rem domini verum intelligatur, aut non totum, *§. praeterea, quod cum eo, qui in alien. pot. & l. 1. & l. si res, 5. §. quod seruus, de pecul. P. l. 1. de in rem vers. P. l. cum ancilla, 11. & l. penul. & l. ei qui seruo, 7. & l. 3. & l. 1. C. quod cum eo, qui in alien. potest. &c.* Et regulariter, ait Vlpianus, toties de in rem verso est actio, quibus casibus procurator mandat, vel qui negotia gessit, negotiorum gestorum haberet actionem. Quoties aliquid consumit seruus, vel aut meliorem non dominum haberet, aut non deteriorem, *l. 3. §. in rem, vers. & regulariter, de in rem vers. in P.* si necessario impenderit in rem dominicam, si mutuatus pecunias, creditoribus eius soluerit, aut & deficiat ruentia fulserit, aut familiae frumentum emerit, aut fundum, aut quamlibet aliam rem necessariam, *disto §. praeterea, & l. 3. in princ. & §. 1. & l. si res, 5. de in rem vers. P.* Nec interest dominus ratumne habuerit contractum serui, qui in rem eius vertitur non tenetur enim vtiq; *d. l. si res, §. 1.* Res enim consideratur, quae vtiliter fiat, & in rem vertatur domini, sufficitq; ad hanc actionem intendendam, negotium vtiliter coeptum in utilitatem domini, vt in mandato dicitur;



quatinus vellem exitum non fortietur, vt si feruus vtiliter in rem domini pecuniam mutatus, sine culpa eius perierit, *l. feruus si in rem, 17. de in rem ver. l. quod si seruus, 3. sed et si seruum, eod. § Ver- lum* ¶ tamē sic accipimus, vt daret versum, id est, vt factum remaneat in eadem qualitate. Et ita deum de in rem verso competit actio, si non sit a domino seruo solutum, vel filio. Si tamen in necem creditoris, id est, perdituro filio, vel seruo solutum sit, definit quidem esse versum: sed æquissimum est in patrem vel dominum dari actionem, *l. si pro patre, 10. §. versum, §. §. seq. eod. de in rem vers.* Quod tamen pertinet ad patrem & dominum, si ex eadem causa pluribus adstricti sint, & conueniantur de in rem verso, præoccupanti agere tenentur tantum, *l. 3. §. fin. §. l. 4. de in rem vers. P.* Filius familias pro patre fidelubens & soluens, in rem patris vertisse videtur: si iudicio suscepto pro eo, condemnatus cum liberauit, *l. si pro patre, 10. eod.* Si filia mortuum acceptum in alimenta conuertit, pater qui non soluit dotem, tenetur de in rem verso, *l. pater pro filia, 20. §. l. fin. eod. tit.* item si pater togam filio mutuatam in viuis suos conuertat, sed tamen filio emere debuerat, *l. filius familias, 19. eod.*

3 ¶ Personæ ¶ quæ considerantur hic, sunt pater, filius famil. dominus, & qui contrahunt principaliter cum seruis & filiis familias, *l. quamuis, 18. eod.* ¶ Forma & substantia istius actionis est, secundum quam experimur, vt doceatur in rem versum domini, aut patris, vel ea ratione vtiliter contractum. ¶ Finis, ¶ vt prospiciatur creditoribus, qui bona fide contraxerunt cum filiis familias, vel feruis, in uitu peculii, vel parentum, vel dominorum: ne cum deficiat sepe actio de peculio, videlicet ademptum sine fraude peculio, vel diminuto, credito suo priuentur, vel more serui, vel emancipatione, vel alio modo deficiente actione peculii. Et proinde hæc actio perpetua est, contra dominum, & patrem, quorum negotia gesta sunt, *l. 1. §. 1. de in rem vers. l. ei qui seruo, 7. quod cum eo qui in alien. potest. C.* ¶ Eadem ¶ tamen ratio, quæ de peculii actione est, ne locupletentur domini, aut patres ex alterius iactura, *c. locupletari, de regn. iur. in Sex. l. iure natura, eod. in P. cum similib.* Et ultra, quia quando contractus in rem vertitur eorum, potius cum illis, quam cum seruo & filio famil. videtur contractum, *l. 1. de in rem vers. P.* quemadmodum in obligatione furlosi responsum est, ratione impensii in rem illius, *l. furiosus, 45. de act. in P.*

De his qui mortuorum negotia gerentes quasi contrahunt. Cap. 16.

- 1 Negotiorum mortuorum gestor habet pro eo actionem.
- 2 Heres cum defuncto aduendo quasi contrahit, & obligatur legatariis.

DE CRIMINIBVS IN GENERE.

LIBER XXX.

De Similitudine Conventionum & Delictorum.

C A P. I.

- 1 Conventionum, & delictorum similitudo.
- 2 In Delictis quomodo obligamur, & cum lege contrahatur.
- 3 In Contractibus qua perpendenda.
- 4 In Criminibus qua perpendenda.
- 5 Maleficii nomen quid complectatur.
- 6 Criminis nomen quid contineat. eod.
- 7 Delicti & peccati distinctio.
- 8 Peccare quid apud Aristotelem, & alios, eod.
- 9 Crimina, morbi Reipublice.

1 **A**R S ¶ alia contractuum, sed alterius generis, in delictis consistit: nam delicta contrahi dicuntur sponte, & ignorantia, *l. 1. de legib. lib. 1. P.* quemadmodum & expresse, & tacite conventiones contrahi citra delicta diximus, *l. 2. §. 4. de pact. in P.*

2 ¶ In ¶ leges, omnes æque iurare censeantur: quia illæ, veluti ex positione, omnes tenent, *l. 1. §. 2. de legib. in P. l. leges sacratissima, §. l. leges vt generales, C. eod. l. iud. in 1. C. de iud. illæ imperant, prohibent, & consulunt, & puniunt, l. legis virtus, de legib. in P.* quia quid peccatum, quid iustum & iniustum sit, monuerint, *c. nam concupiscentiam, c. 4. de consti. ap. Greg.* alterum non lædendum, honeste viuendum, ius suum cuique tribuendum, §. iuris præcepta, de inst. §. iur. l. iustitia, 10. §. 1. eod. in P. Proinde cum omittimus quæ iubentur, vel admittimus quæ prohibentur, in leges incidimus, & obligamur & legi, *l. obligamur aut re, §. n. de act. in P. l. si quis homicidium, 1. de accus. C.* & proximo læso: nam & lex & læsus resarciri damna postulant a nobis ita commissum, & pœnam reposcunt. Obligamur itaq; ex maleficiis, & delictis, *l. ex maleficiis, 4. de act. in P. §. si frequens diuisio, de obli. que ex del. nasc. §. 1. de obli. que ex qua del. Et consequitur necessario in de quædam coacta solutio, cum obligatio sit iuris vinculum quo necessitate adstringimur alicuius soluedæ rei, secundum nostræ ciuitatis iura, §. 1. de obli. ap. Instum. Lobigationum substantia, de act. in P. & cum ex contractu nascatur obligatio, *l. 2. mand. in P.* Quod solui ergo debet, pœna vel multa est. Sic enim & Caius ait, *l. si a reo, 71. §. si. de fideiuss. in P.* Pœna ob maleficia solui magnam rationem suadere. Solutio autem hæc, quæ petitur accusatione, ad modum contractus, & delicti referenda erit: quemadmodum ex conventionum diuersa formula, diuerse nascuntur actiones, quibus quis repetit in iudicio quid sibi debetur, §. 1. de act. l. actio, eo. in P. Quod enim in conventionibus actio in criminibus, accusatio erit proprie: quamquam interdum & actio accusationis nomen nõ respuat, vt dicemus, Deo fauente, paulo post.*

¶ Consideras ¶ in conventionibus idoneis & aptis ad effectum aliquid quem, voluntatē primū liberā ab errore, metu, seu vi & dolo alienā: secundo, conueniētia & modū contractus, seu formulas quatuor illas generales, rei, literarum, verborū consensus: tertio, obligationē ad quid sit tenetur & vincitur: quarto, actionē propositam: quinto, iudicium: sexto, solutionem, vt docuimus in contractibus.

3 ¶ In Funus impendens defuncti, defunctum non heredem sibi obligat. ¶ Funeraria actio qua, & quare detur, eod.

¶ In ¶ editio prætoris negotiorum gestorum est, Si quis negotia alterius, sine quis negotia, qua cuiusque, cum is moritur, fuerint, gesserit iudicium eo nomine dabo, *l. 3. de nego. gesti. P.* Quæ verba significant illud tempus, quo quis post mortem alicuius negotia gesserit, videlicet, vt pro tali etiam gesto detur actio: hæc negotiorum, *d. l. 3. §. hac verba, §. l. successoris, 13. eod.* directæ & contraria heredibus & in heredes, *l. fin. autem, 21. eod.* Et qui negotia hereditaria gerit, quodammodo sibi hereditatem, seque ei obligat, *l. nam §. Seruius, 22.* Suntque hic & res, personæ, negotia, & loca, finis & causæ considerandæ, quæ in negotiis viuendum pertractatis excussimus, vt & sicut in negotiis viuendum sufficit vtiliter velisse gestum, ita & in bonis mortuorum, licet diuersus exitus sit secutus, *d. l. successoris, §. fin.* neq; in vtriusque gestor tenebitur de casu, nisi præcesserit casum eius culpa, *l. debitor meus, 14. §. l. si uo hereditaria, 23. de nego. gesti. in P.* ¶ Heres ¶ quoque legatorum nomine non proprie ex contractu obligatus intelligitur: neq; enim cum herede, neque cum defuncto vllum negotium gestisse legatarius proprie dici potest. Et tamen quia ex maleficio non est obligatus, quasi ex contractu debere intelligitur, §. heres quoque de obli. que ex quas. contrahit. l. ex maleficiis, 4. §. heres quoque, de act. in P. Illud tamen verissimum est, aduentem hereditatem defuncti videri cum illo contrahere, *l. 3. §. fin. ex quibus caus. in possess. ea. lib. 42. P. tit. 4.* item si filius se paterna hereditate immiscet, *l. 4. eod. tit. ex quibus caus. in poss. ea. tacite voluntate & consensu quali inter absentes præstito, firmans testatoris mentem. Idipsum si pro herede aliquo modo se gerat, agnoscendo voluntatem defuncti, l. pro herede, de acquir. her. P. §. pen. §. fin. de hered. qualis. §. d. affirm. Et proinde obligatur legatariis quibus præfari iussit quippiam testator: & insuper omnibus oneribus hereditatis obstrictus remanet. ¶ At ¶ qui propter funus defuncti aliquid impendit cum defuncto, non cum herede contrahere creditur, *l. si in l. de reli. §. sum. finer. P. lib. 11. titu. 7.* quod pro separatione bonorum quæ fit inter creditores defuncti & heredum, annotandum est, *iuxta l. 1. de bon. separatio. lib. 42. P. ii. 7.* Est itaque hereditaria actio hæc, quæ funeraria dicta, *l. si quis, 14. §. hac actio, de relig. §. sum. iura.* quæ datur quoties nulla alia actio de funeris impensâ consequenda competit, *d. l. si quis, §. Labeo,* ex ista & æqua causa, ne impulta corpora remaneant, neque quis de alieno faueretur, *d. l. si quis, §. hac actio, §. l. si quis, 12. §. prætor ait, eod. tit.* Sed de hac actione nihil amplius addam, eo quod plura alibi tractauerimus, *diximus in lib. de rebus sacris, c. 15.**